



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Colloquium cum fratre. 68

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

centúmque añorum gaudia, no-
ctis vnius compendio finiuit:
postremò, vbi minimum timo-
ris est, plurimum est mortis. His
animæ dein' pericula; his alia
deinde aliáque necebat: atque
omnia sacrarum litterarum ta-
bulis, Patrum testimonijs, gra-
uitè & appositè sic adstruebat;
vt circumstantium multi in eam
opinionem venerint (quam qui-
dem & antè non vani concepe-
rant) illa tot argumenta, tótque
& tam eximiè dicta ab ægro
quidem adolescentulo dici, sed
quod eius captum pleraque vin-
cerent, à sanctissimi Spiritus di-
uino numine haud dubiè dicta-
ri.

*LXVIII. Colloquium cum
fratre.*

His adolescentibus commo-
dum

dum digressis ; germanus Vbal-
dini frater, natu maior, ingredi-
tur, tristis, & nouissimum à mo-
rituro solatium accepturus. Is
vbi plus aliquanto lacrimarum,
quàm verborum, profudit ; de-
nique fratrem rogauit, vti me-
mor, causam germani supersti-
tis, in caelo susciperet. Annuit
suauissimè Antonius ; sed eum
contra, graui vtilique oratione,
de mille periculis, quibus obie-
ctus in Principum aula viueret,
admonuit ; metuendum hinc
ataxis lubricæ flexum ; indè Si-
renum laqueos anxie cauendos
esse. Vtrique discrimini oportu-
num haberi asylum posse, si
semper & inferorum supplicia,
& beatorum præmia meditari
perseueraret. Lacrimis direm-
tū colloquiū est ; mox pietor clan-
culo

culo
ima
à fr
te,
mo

Æ

tren
duu
flux
ren
Chi
luct
toti
diat
tum
ex a
omi
nera
à Sa
clud

culo immissus, qui morientis imaginem furtim pingeret; atq; à fratre seu nolente, seu nesciente, id fratri superstiti referret monumentum.

LXIX. Vnctio extrema.

A Gritudine in dies horasque augente, procubuerit ad extremum vires, & quicquid residuum vitæ naturæque erat, defluxit. Properantur ergo vitima remedium: & Antonius ex Christiano ritu inungitur; ut in luctu fatali, cum hoste iam ante toties victo, supremum congregiatur. In eo apparatu, quantum corpori languoris, tantum ex animo robur suppetebat. Ad omnia æger per se, quæ conuenienter, respondere; piè ut quidq; à Sacerdote inchoabatur, concludere. Post repetito comple-